



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. VI. Ad titulum: De officio Judicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

chidiacōnatus Recomenis dubium an in Episcopatu Briocen- *Episc. Brioc.*
 si, an Tricoriensi, vel Trecorensi. Civitas Trecorensis, Triguier, *Civitas*
 Lantriguier, urbs Episcopalis Britanniæ Aremoricæ sub Archic- *Trecorem-*
 piscopatu Turonensi. Capituli textus ita restituendus: *Dilectus sis.*
filius Abbas monasterii Rothomagensis. Imò Rothonensis, ut ha- *Abbas Ro-*
 bet quinta compilatio, ubi additur; *Vener. diæceseos.* Rectè. *thonensis.*
 Innuitur Abbatia S. Salvatoris de Rothono, vulgò, Redon, ordi- *Abbatia S.*
 nis S. Benedicti, diœcesis Venetensis. Rhedones, Renes vel Ren- *Salvatoris.*
 nes, Cæsari & Plinio populi Galliæ Celticæ, in Aremoricis, Bri- *Populi Rhei-*
 tanniæ minoris præcipui, & conventus juridicus regionis. Urbi dones, Ren-
 nomen, Condatus Redonum Ptolomæo, ad Vidanam fluvium. *nes.*
 Pergitur textu, exposuit *corum nobis*, *quod tertia pars emenda-*
rum, quas homines quinque parochiarum, quæ sui conventus
sunt usibus deputatae, p. f. e. f. c. a. f. s. m. a. a. & quod inter ipsos
homines orta Ecclesiastica quæstione citatio ad eundem, sed ex-
aminatio & decisio quæstionis ad venerabilem fratrem nostrum
Venetensem Episcopum & ipsum Abbatem pertinent in commu-
ni. Cumque felicis memoria Innocentius Papa prædecessor noster
conquerente ipso Abate, quod præfatus Episcopus super hoc in-
quietebat eundem Vobis de assensu partium dederit in mandatis,
ut vocatis partibus & auditis hinc inde propositis c. r. a. i. f. i. d. E.
p. v. d. i. o. c. f. q. f. q. E. quoad l. d. p. e. p. e. & quæ sequuntur.

CAP. VI.

Ad titulum: De officio Judicis.

S U M M A R I A.

- | | |
|--|--|
| 1. <i>Honorius rescribit Salernitano</i> | 5. <i>Monasterium Cavense, Cava</i> ₃ |
| <i>Archiepis.</i> | <i>civitas. Thomæ Aquinatis</i> |
| 2. <i>Salernum. Golfo de Saler-</i> | <i>obitus.</i> |
| <i>no. Abbatia Leonardi.</i> | 6. <i>Monasterium S. Petri de Amal-</i> |
| 3. <i>Causa status, inter quos.</i> | <i>phia, urbs Amalfi.</i> |
| 4. <i>Fossa nova, Abbatia.</i> | 7. <i>Pyxis nautica.</i> |

K

In

*Honorius
rescribit.
Salernit.
Archiepis.
Salernum.
Golfo di
Salerno.
Abbatia S.
Leonardi.
Questio
bujus capi
tuli.
Fosse novae
Abbatia.
Thome A-
guinatis
obitus.
Monasterium
Cavense.
Monasterium
S. Petri de
Amalphia.
Pixis nau-
rica.*

IN capitulo primo rescribit Honorius Archiepiscopo Salernitano & Abbatii S. Leonardi & S. Benedicti. Sic enim legendum. Salernum, Archiepiscopatus regni Neapolitani, & Principatus citerioris caput, in orâ maris Tyrrheni, à Lothario primo fundatus & datus Siconolpho in divisione Ducatus Beneventani, anno 831. Inde sinus Pæstanus ei adjacens vocatur Golfo di Salerno. Abbatia S. Leonardi à Friderico II. Imperatore fuit fundata, & data ordini militum B. Mariæ. Agebatur causa inter Abbatem & conventum Monasterii Canen. ut legitur apud Raymundum. Fossa nova erat Abbatia ordinis Cisterciensis, in quâ centum monachi alebantur, & ubi Divus Thomas Aquinas decessit, dum veniret ad concilium Lugdunense sub Gregorio IX. Est in Latio, quinquaginta millibus ab urbe Româ distans. Monasterium Canen. vel Canon. Salonitanæ dioceses, vel ut correctores Gregoriani volunt, Sauvense, mendæ sunt. Legendum, Cavense. Cava, civitas Episcopalis in Campania, unde denominatum est cœnobium vicinum, dictum S. Trinitatis monasterium, ordinis S. Benedicti, fundatum à S. Alterio, primo Abate anno 1050. ut haber Cironius. Lis autem erat de possessionibus monasterii S. Petri de Amalphia. Amalphiis, Malfi & Amalphi urbs Archiepiscopalis in principatu citeriori regni Neapolitani, Ducatus titulo honorata Neapolitano, de quâ Blondus lib. 15. hist. Inventus ibi est pyxidis nauticæ usus per Johannem Goiam vel, ut alii, Flavium Gioiam Amalphitanum.

C A P. VII.

Ad tit. XXXIII. De majoritate & obedientiâ.

S U M M A R I A.

- | | |
|----------------------------------|-----------------------------|
| 1. <i>Salmasius laudatur.</i> | 4. <i>Majores Palatii.</i> |
| 2. <i>Major idem qui senior.</i> | 5. <i>Major monasterii.</i> |
| 3. <i>Major domus.</i> | 6. <i>Majoritas.</i> |

Bene